

446

Lib. III. Cap. VIII.  
item ;

*O. animal sentire.*

*Necesse est O. animal vivere. E.*

*Necesse est Q. vivens sentire.*

Si verò altera propositionum in tertiâ figura est negans, altera affirmans, e. g. in Felapton, & negativa est necessaria, etiam conclusio necessaria sequitur, Arist. *l. c.* Vid. Monlor. *l. d. e. g.*

*Necesse est N. hominem esse brutum.*

*O. homo est animal. E.*

*Necesse est Q. animal non esse brutum.*

15. Conclusio quinta. Si verò in tertia figura utraque præmissarum est affirmans, altera universalis, altera particularis, conclusio necessaria sequitur, si universalis est necessaria, Arist. *l. pr. 1 c. 11. §. 7.* Vid. Alex. Aphrod. *d. l. e. g. in Datisi:*

*Necesse est O. hominem esse animal.*

*Q. homo est doctus. E.*

*Necesse est Q. doctum esse animal.*

Similiter in Disamis :

*Q. corpus naturale est simplex.*

*Necesse est O. corpus naturale esse substantiam. E.*

*Necesse est Q. substantiam esse simplicem.*

In